

TH. XIII. An etiam vox pauci inter signa particula-  
ria referri possit, quæri solet. Disputant Auto-  
res an vox pauci inter signa particularia referri debe-  
at, & in explicatione ejus non conveniunt. Nonnul-  
li explicant tò pauci per tò aliqui non, quod si verum,  
sequitur has enunciationes: *Pauci homines sunt irra-  
tionales*, *Aliqui homines non sunt irrationales*, unum &  
cundem obtainere sensum, quod falsum, prior enim  
est falsa, posterior autem vera. Dicunt igitur non-  
nulli tò pauci idem esse ac *Quidam & non multi*, quæ  
sententia si recipitur, sano sensu est intelligen-  
da, de quô alibi.



CO-